

mus Ecclesias, et personas ecclesiasticas in Regno Svetie constitutas in sua confovere iustitia, et a malignorum incursibus defensare, mandamus, quatenus prefatis Regi, et Duci contra perturbatores ipsius Regni viriliter assistatis, ita quod iidem vestro mediante auxilio tenere valeant in pacis pulchritudine terram suam, et nos devotionem vestram possimus exinde in Domino commendare. Dat. Perusii XII^o. Kal. Novembris. Anno Decimo.

397.

1252 d. 22 Oct.

Perugia.

Påfv. INNOCENTIUS IV:s Bref till Biskopen i Linköping med giftermåls-tillstånd för 2:ne i 4:de led beslägtade personer.

K. c. 179.

Innocentius Papa Quartus, Episcopo Lincopensi.

Carissimi in Christo filii nostri Waldemari Regis illustris, ac dilecti filij Nobilis viri Benedicti Ducis Regni Sueciæ, ac Regni eiusdem recta fides in Deum & sincera deuotio in Ecclesiam sanctam eius, erga illos in nobis mouet intimæ charitatis affectum, qui quod ad ipsorum salutem & pacem profuturum creditur, nobis suggeret non negandum. Ex parte siquidem prædictorum Regis & Ducis fuit nobis humiliter supplicatum, vt cum Nobilis Vir Carolus natus quondam Sistrugi nepos vtriusque Nobilem mulierem Helenam natam quondam Petri de Jorchartat, quæ dictum Carolum quarto gradu consanguinitatis contingit ducere cupiat in vxorem, & per coniunctionem huius multa bona eidem Regno prouenire dicantur curaremus in hac parte misericorditer dispensare. Nos igitur attendentes, quod sicut a fide dignis accepimus, ipsius Regni per hoc pax & tranquillitas procuratur, dictorum Regis & Ducis precibus inclinati, præsentium tibi auctoritate committimus, vt cum ipsis Carolo & Helena quod non obstante impedimento consanguinitatis huiusmodi se ad inuicem matrimonialiter copulare valeant, auctoritate nostra disponentes. Datum Perusii XI. Calendas Nouembris, Anno decimo.

398.

1252 d. 23 Oct.

Perugia.

Påfv. INNOCENTIUS IV:s Bref på Tre månaders syndaförslätsel för Konung WALDEMAR, BIRGER JÄRL och dess Gemål INGEBORG ifrån den dag de erhållit denna skrifvelse.

F. 1: 208. An. 10. Ep. 197.

Innocentii IV. apostolicæ litteræ, quibus W. (Waldemario) Regi, B. (Bergero) Duci Svetiæ atque I. (Ingeburgæ) Ducis Vxori plena ab-